Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

E XXIX

Natale sancti clementis episcopi. qui IX kal. decembris 23.
tercius a beato petro apostolo romane ecclesie pontifica- XXIX
tum tenuit. et sub persecucione traiani in mare precipitatus:
martirio coronatur. Eodem die. sancte felicitatis martiris sep-
tem filiorum matris: que iubente antonino decollata est
pro christo. In pago hasbanio: sancti trudonis presbyteri et confessoris
Pari[siensis]: deposicio sancti seuerini monachi et solitarii.
Item ciuitate emerita: lucretie virginis VIII kal. decembris 24. F XVIII.
Rome. natale beati crisogoni martiris. qui post longa
uincula et carceres pro constantissima christi confessi-
one toleratos. iubente diocleciano capite cesus. et in
mare proiectus: martirium consummauit. Item rome sancti
crescenciani martiris: qui in passione beati marcelli pape legi-
tur. Castroblauia. sancti romani presbyteri et confessoris: cuius
sanctitatis preconium miraculorum gloria declarat. Ciuitate
corduba. sanctarum virginum flore et marie: que post diuturnos
carceres pro christo gladio interempte sunt. Apud pisanam
ciuitatem tuscie: sancti felicissimi VII kal. decembris 25. Novemb.
Natale beati petri episcopi alexandrie. qui cum esset omnibus G XX XXVII
adornatus virtutibus. scripturis quoque diui-
nis nulli priorum inferior: vere sacerdos et hostia dei. subi-
to rapitur. atque [illegible] maximiani precepto capite obtrunca-
tur. Cum quo simul et alii plures ex egipto episcopi trucidantur:
fere cum clericis sexcentis sexaginta. Item antiochie: sancti cre-
scenti martiris. Ipso die passio sancte catherine virginis et mar-
tiris: que passa est sub maxencio imperatore. NB
Natale beati lini pape. qui post petrum VI kal. decem. 26.
primus romanam ecclesiam tenuit annis duodecim: XXVI.

* Primo legitur S. Catharina.
NB. Obiit reverendus Dominus Pelagius, decimus septimus hujus domus Abbas.